



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Archiepiscopo Eracliensi & Salimbriensi Episcopo, & Decano de Blakerna  
Constantinopolitano.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

CONSTANTINOPOLITANO Patriarchæ.

ergo &c. hanc paginam nostræ concessio- nis &c. usque incursum. Datum ut in alia.

E I D E M.

Requisivit à nobis tua fraternitas an venerabili fratri nostro Patraccensi Archiepiscopo sit à nobis privilegium exemptionis indultum. Super quo fraternitati tuæ insinuatione præsentium innotescat nos eidem Archiepiscopo nullum exemptionis privilegium concessisse. Ipse tamen constanter asseruit coram nobis Patraccensem Archiepiscopum immediatè ad sedem apostolicam pertinere. Datum Laterani &c. ut in prima.

ARCHIEPISCOPO ERACLIENSI & Salmbriensi Episcopo, & Decano de Blakerna Constantinopolitano.

Venerabilis frater noster Constantinopolitanus Patriarcha nostro apotolatu referavit quòd cum homines de Spigant, ubi nunquam Episcopus exiit, dari sibi Episcopum postularent, idem hoc facere metuens absque nostra licentia speciali, ad eorum instantiam episcopatu de Pario commisit eosdem. Cumque postmodum Episcopum de Pario accedentem ad ipsos admittere recusassent, in ipsos post admonitionem sæpius iteratam Patriarcha præfatus excommunicationis sententiam promulgavit, quam auctoritate petiit apostolica confirmari. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatinus dictam excommunicationis sententiam, sicut rationabiliter est prolata, faciatis auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam appellatione postposita firmiter observari. Quòd si non omnes &c. duo vestrum &c. Datum ut in aliis.

E I S D E M.

EX conquectione venerabilis fratris nostri Patriarchæ Constantinopolitani ad nostram noveritis audientiam pervenisse quòd quidam tam Clerici quàm laici in partibus Romanie quædam patriarchalia monasteria contra justitiam detinent in ejus & Ecclesiæ suæ præjudicium & gravamen. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus tam Clericos quàm laicos memoratos ut monasteria patriarchalia, videlicet quæ ad Patriarchæ jurisdictionem de jure spectant, eidem sine difficultate qualibet restituant, ut tenentur, monitione præmissa per ceas-  
Ccc ij

Sicut ea quæ circa Ecclesias vel ecclesiasticos viros circumspicione provida disponuntur, apostolica dignum est auctoritate fulciri, sic illa quæ præsumptuosa temeritate nequiter attentantur, ejus magisterio convenit in statum rectitudinis revocari. Cum ergo, sicut accepimus, dum per Venetias transitum faciens ad Constantinopolitanam Ecclesiam properares, & Veneti tibi passagium denegantes, ad perjurium te consequenter urgendo, qui nisi ad Ecclesiam Constantinopolitanam accederes, creditoribus satisfacere non poteras de pecunia mutuata, super confirmatione quarundam Ecclesiarum quas Constantinopoli detinent coactione multiplici quoddam extorserint publicum instrumentum, nos honestati ecclesiasticæ providere volentes, præsentium auctoritate decernimus instrumentum ipsum per hujusmodi coactionem extortum viribus omnino carere. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ diffinitionis infringere &c. usque incursum. Datum Laterani 1x. Kal. Decembris, anno duodecimo.

E I D E M.

Acrosancta Romana Ecclesia devotos & humiles filios ex assuetæ pietatis officio propensius diligere consuevit, & ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater suæ protectionis munimine confovere. Eapropter, venerabilis in Christo frater, tuis justis postulationibus inclinatus, præsentium tibi auctoritate concedimus ut ab Ecclesiis tuæ diocesis cathedraticum exigere valeas, & per censuram ecclesiasticam appellatione postposita Græcos cogere ad decimas tibi debitas persolvendas. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ concessio- nis &c. usque incursum. Datum ut in alia.

E I D E M.

Cum avaritiæ fervor in tantum animos quorundam accenderit ut, sicut nostris est auribus intimatum, ligna & arma prohibita in Alexandriam deferant, per quæ in injuriam nominis Christiani subsidia infidelibus subministrant, fraternitati tuæ præsentium auctoritate concedimus quatenus hujusmodi tibi subjectos ut à sua super hoc temeritate desistant monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas. Nulli  
Tom. I I.

Epist. 140. Calatur pro- nullo facta Veneti. Vnde supra epist. 139. & ibi. 11. 498-77.

Epist. 141. De decimis sacculis.

Epist. 142. Arma non esse tribuenda infidelibus.

Epist. 143. De exemptione Archiepiscopi Patraccensis.

Epist. 144. Eis committitur executio cujusdam sententiæ.

Epist. 145. De monasteriis patriarchalibus.